



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

30. Est in aliqua Ecclesia Regularium Altare privilegiatum, in quo per  
Missam liberatur anima à Purgatorio, suspenditur ne hæc gratia per  
Bullam Cuciatae? Ex p. 1. tr. 11. res. 86.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

gentia meo iudicio, non esset reuocata à Paulo V. qui, vt tetigi, solum Indulgentias viuus, & pro viuus concessas, illisque tantum applicandas, reuocasse existimandus est.

Sup. hoc ex doctr. s. pen. & vlt. Ref. not. præterita.

2. Idem dicendum putat de Indulgentiis concessis pro animabus Regularium absque vlla aliorum Regularium, vel secularium diligentia. Huiusmodi est ea, quam concessit Ordini B. Mariæ de Monte Carmelo Ioannes XII. & confirmantur Alexander V. Clemens VIII. & Gregorius XIII. vt scilicet, Sabbatho sequenti post obitum Fratrum, Monialium, & Confratrum ipsius Ordinis, ipsorum anima à pœnis Purgatorij liberentur per modum suffragij seu impetrationis à Deo.

## RESOL. XXX.

*Est in aliqua Ecclesia Regularium Altare privilegiatum, in quo per Missam liberatur anima à Purgatorio, suspenditur ne hac gratia per Bullam Cruciatam?*  
Ex p. 1. tr. 11. Ref. 86.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & inf. in Ref. 33. cursum à lin. 3.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè cum Fernand. in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. sect. 11. §. 19. num. 2. qui citat Rodriguez. Et idem docet Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 12. num. 3. vbi sic ait: [La Indulgencia, que ay en algunos Altares privilegiados de algunos Conuentos, para que el Sacerdote, que alli dixere Missa, la que vna anima del Purgatorio, no se gana, si no es que tenga la Bula de los viuos, y esto aunque diga la Missa por algun frayle, porque aquel no es priuilegio, que se concede en particular, para los frayles, sino para todos generalmentè. ] Ita ille.

## RESOL. XXXI.

*An per Bullam Cruciatam suspendantur Altaria privilegiata sita in Ecclesiis Regularium?*  
Et notatur, quod Indulgencia plenaria in Altari privilegiato pro animabus Purgatorij concessa, per promulgationem Iubilæi anni Sancti, non manet suspensa eo anno. Ex p. 3. tr. addit. Ref. 12.

Quæ nunc est Ref. antecedens, & in Ref. seqq. & in Ref. 1. post seq. cursum à lin. 3.

§. 1. **P**robabiliter cum Fernandez, & Rodriguez affirmatiuam sententiam docui in p. 1. tr. act. 11. Ref. 86. Sed nunc negatiuam sententiam non minus probabilem esse existimo, quam nouissimè tuctur Agidius Trullench in expos. Bull. Cruc. lib. 1. quæst. 9. cap. 3. dub. 4. num. 3. vt colligitur ex ipsa Bulla. Nam Pontifex solum censetur suspendere Indulgentias pro viuus concessas, quia solum suspendit eas respectu eius cui reualidantur accepta Bulla, quod colligitur verbis illis reualidationis. *Insuper in fauorem presentis huius concessionis & Cruciatæ declaramus, vt quicumque summarium huiusmodi Bullæ sermone & idiomate vulgari conscriptum acceperint, omnes fruantur, potiantur, & gaudeant omnibus gratiis, Indulgentiis, Iubilæis, peccatorum remissionibus, ipsi tam per SS. Dominum Nostri Gregor. XIII. quam per alios Summos Pontifices, aut Sedem Apostolicam concessis, &c.* At reualidatio hæc respicit viuus, & non defunctos: nam viuus & non defuncti participare possunt omnia, quæ in reualidatione continentur: ergo Bulla suspendit solum Indulgentias pro viuus concessas. Et potest roborari quia vt docet Mart. Carrillo in expos. Bullæ defunct. part. 2. cap. 9. in fine. *Indulgencia concessa animabus Purgatorij, non suspenduntur per suspensiones generales, vt. g. per promulgationem Iubilæi in anno sancto, sique indulgentia plenaria in altari privilegiato pro animabus Purgatorij concessa, eo anno suspensa non manet; nam ratio ob*

Sup. hoc inf. in Ref. 34. & lege doctr. alterius Ref. eius primæ annot.

quam illo anno Pontifex Indulgentias suspendit, est, vt Christi fideles animo alacriori & promotori feruentiori, que deuotione Romanæ proficiantur ad Indulgentias comparandas, & loca sacra visitanda; qua ratio cessat respectu animarum Purgatorij, atque ita per generalem suspensionem non suspenduntur Indulgentia pro defunctis concessa; nisi de ipsis expressa fiat mentio; ergo nec per Bullam generalem suspensionem. Deinde, quia vt patet ex verbis suspensionis Commissarij, Bullæ suspendere solum censetur ea per que tam pium opus impeditur, ibi, *Ne hoc adeo pium & sanctum opus disturbetur & impediatur per alias Indulgentias, gratias & concessiones. At per hanc non suspensionem hoc opus parum aut nihil impeditur, nam cum hæc Indulgencia solis defunctis proficit, viuus, vt illis Bulla proficit, eodem modo accipere eam tenentur.* Sic ille, satis probabiliter, vt dixi.

## RESOL. XXXII.

*An Altaria privilegiata suspendantur per Bullam Cruciatam?*

Et stando in sententia affirmatiua, quis tenetur Bullam viuorum accipere, vt talis Indulgencia reualidetur, & applicari possit defuncto, an prædicta Bulla requiratur in Sacerdote, an vero in eo, qui pro defuncto celebrare facit? Ex p. 9. tr. 2. Ref. 22.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam tenet Rodriguez, Villalobos, Fernandez, & alij: quia Commissarius generalis Cruciatæ expressè suspendit omnes similes, & dissimiles gratias, indulta & facultates quibuscumque Ecclesiis, Hospitalibus, & locis piis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis concessas; at Altare privilegiatum, seu Capella, est parua Ecclesia, & locus pius: & ex alio capite Indulgencia concessa in Altari priuilegiato, est plenaria; & similis illi, quæ per modum etiam suffragij conceditur Defunctis in Bulla Defunctorum; ergo per Bullam Altare priuilegiatum manet suspensum, ac per consequens, vt reualidetur, requiritur in Bulla viuorum.

2. Sed dices: Quis tenetur Bullam viuorum accipere, vt talis Indulgencia reualidetur, & applicari possit Defuncto? Certum est, non requiri quoad hanc effectum Bullam Defunctorum, cum hæc solis Defunctis proficit: nec sufficit, quod Ecclesia, Vniuersitas, aut Confraternitas, seu locus pius, in quo situm est Altare, & Capella, Bullam accipiat, quia hæc non locis & Communitatibus, sed particularibus personis conceditur, vt patet ex illius contextu, & declarat Commissarius: [Y por quanto vos N. distes dos reales de plata,] & tenet Villalobos claus. 12. n. 3. tract. 27. Difficultas ergo est, an requiratur in Sacerdote celebrante, an vero in eo, qui pro defuncto celebrare facit, Rodriq. §. 12. n. 4. insinuat requiri Bullam in celebrari faciente, ait enim, *secularium tenetur Bullam viuorum accipere, vt Indulgencia in Altari priuilegiato Religiosorum concessa Defuncto proficit.* At dato, quod Bulla suspendat hanc Indulgenciam, verius est requiri ad eiusdem Indulgentiæ reualidationem, Bullam in celebrante, vt colligitur ex verbis, quibus hæc Indulgencia Defunctis conceditur, quæ communitur sunt tenoris sequentis: vt quocumque Sacerdos aliquis Missam Defunctorum in dicta Capella, Altari, vel Ecclesia celebrauerit, anima ipsa per modum suffragij Indulgentiam consequatur, & à pœnis Purgatorij liberetur. Et ita etiã sentit Ludou. à Cruce in expos. Bull. disp. 1. cap. 9. dub. 1. m. 11. Ex quibus patet, Indulgentiam hanc applicari Defunctis media actione Sacerdotis celebrantis, & per consequens in ipso celebrante, & offerente Sacrificium Missæ requiri Bullam